

luntate hominis? N. Non enim potest legem vel normam accipere ab hominis voluntate. Alioquin certum est, Deum velle nonnulla, quæ non vellet, nisi aliqua humana voluntas antecederet. Sic v. g. vult Saul in regno abdicare: at non vult simpliciter, sed quia Saul voluit Deo esse immorigerus.

88. *An homo seipsum reprobet?* N. Interim verum est, ipsum esse causam meritoriam damnabilitatis.

89. *Quæ in hoc doctrina capite differentia sit inter Pelagianos & Semipelagianos?* Illi gratiam electionis in naturæ facultatem verunt: hi electionem ab usu liberi arbitrii suspendunt.

90. *An Lutherani in hoc doctrina capite à Luthero dissentiant?* A. Vide inter alia prologum Germ. super Epist. ad Roman. & tractatum de seruo arbitrio.

CAPVT XIV.

De Creatione.

I.

Quid sit creare? Ex nihilo aliquid facere, vel ex indispofita materia.

2. *Quomodo differant creatio & generatio?* Differentia posita est in his tribus. 1. Causa creationis est infinita, solus nempe Deus genera -

genera -